



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &  
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

Qua ratione Parochus, & Ordinarius se gerere debeant, cùm opponitur  
impedimentum Matrimonio contrahendo, aut ipsi norunt. §. 7.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)

coniuges, adhuc non videris obligatus, quia ex tuo dicto tantum nec probari impedimentum potest, nec matrimonium impeditur: *Capit. licet ex quadam, de testibus.* Quod efficacius procedit, si impedimentum ex delicto procedat, non enim absque fructu alicui est irroganda infamia.

5. Ceterum verius est, & omnino consulendum te impedimenti conscienti obligatum esse reuelare, si praemissa reuelatione fratera reuelationem præstare potes absque tuo damno, tametsi impedimentum probate nequeas. *Sic Nauar. c. 22. numero 8;* *Couaru. in 4. decret. part. c. 6. §. 10. num. 21.* *Henriq. lib. 11. cap. 14. num. 5.* *Sanch. alii relatis, lib. 3. disp. 13. num. 2.* *Gutieri. de matrim. cap. 59. numero 9.* *Coninch. disp. 27. dub. 7. concl. 1. num. 61.* *Gafpar Hurtado de matrim. disp. 5. difficult. 21. numero 75.* *Moucor, quia tuum dictum etiæ insufficiens sit dissoluere coniugatos, ut sufficiens esse videatur impidere, ne coniungantur ex Textu in cap. super eo, 22. de Testib. ibi: Super illa vero questione, quam fecisti, an nudi coniugia non sit viro pro eo quod sola mater alterius eos esse consanguineos conficitur. Respondemus quod si non est firmatum inter eos et matre afferante ipsos esse consanguineos non debent coniungi, quia presumptio est non matræ, quod linea consanguinitatis attingant. Si vero matrimonium est firmatum, non debent fine plurius viuere dissolvi. Vnde Glossa ibi inquit ad dictum unius impedientur matrimonium contrahendum. Deinde præcepto reuelandi impedimentum affirgeris, quoties commodi potes reuelare, tum ne contrahentes peccent, si malæ fide procedant, tum ne irreuerent sacramenta fiat, tum ne proles sit illegitima. Si vero procedant bona fide affirgeris ad impedimenti reuelationem, ne contrahentes materiae peccatum committant, neve si sacramenti scio, & proles ex le illegitima, & vitetur difficultas, quæ in ratificatione matrimonii interuenient soler delecto postmodum in impedimento. Hac enim omnia sufficiente honestat impedimenti reuelationem, tametsi sub secreto acceperis, iurauseque non reuelaturum, vi benè notarunt sanch. Gutieri. Coninch. & alii *saprà.**

Notanter dixi, si absque gratia tuo incommodo reuelare impedimentum possit, quia si reuelatione facienda graue dampnum times, excularis, quippe leges Ecclesiastice & co casu cœfiant: est enim lex Evangelica *negum saepe, & onus leu,* sicut adiutuit sanch. dicta disp. 13. num. 10. & 23. *Petr. Nauar. lib. 2. de refut. exp. 4. num. 28.* *Basil. Ponce, lib. 5. cap. 34. num. 2.* *Coninch. disp. 27. dub. 7. num. 61.* *Gutieri. de matrim. cap. 79. num. 4.* & alii ab eisdem relati. Deinde dixi cor. *etiamen fraternalm promittendam esse, si speratur ex ea fructus, id enim exigit charitatis regula vitare iniquam inconvenientiam cum minori damno proximi, quo fieri poslit, iuxta doctrinam D. Thom. 2. 2. quæst. 3. art. 8.* Et tradit sanch. dicta disp. 13. num. 5. *Gutieri. de matrim. cap. 79. num. 3.* *Petr. Nauar. & Basil. Ponce, *saprà.**

6. Ex quibus manifeste inferitur etiam ipsum contrahentes, si impedimenti conscienti est, teneri faceri, vel a contacitu desistere, quia inique, & iniuste se ingerit contracitu, quem celebrare iure nequit, vi benè comprobant variis Textibus, & ratione Henriq. lib. 10. de Sacramento Ordinis cap. 18. num. 2. *Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 14.* *Egid. Coninch. disp. 27. dub. 7. concl. 2. num. 63.*

7. Neque argumentum num. 4. adducta vrgent. Ad primum facere illam doctrinam veram esse, cum ad punitiōnem proceditur, secūs, quando ad vitanda damna, vel peccata lex fatur, & obligatio reuelationis imponitur. Ad secundum constat ex probatione nostra sententia ad impedimentum matrimonii sufficiens esse dictum unus testis. Addit etiæ ad impedimentum matrimonium non sufficeret unus testis dictum, sufficit autem, ut iudex ex officio contrahentes vrgat, & inquisitionem diligenter faciat, quibus forte detegetur impedimentum. Tandem impedimentum, quod credis te folium nosse, forte est alijs qui agnoscat, cuius manifestatione opimè probabitur. Quare ut sententia Basil. Ponce aliquam probabilitatem videatur habere, debes certus esse nullum alium à te impedimentum nosse, quamque reuelationem nullius fore utilitas, quod vix accidere potest. Ex quo constat quām leui fundamento ductus procererit Basilius aduersus communem, certāmque sententiam: neque hoc mirum esse debet, cuius finis in scribendo non tam veritatem inuestigare, quām Thom. Sanch. dictis contradicere videtur.

## S. VII.

Quaratione Parochus, & Ordinarius se gerere  
debeant, cùm opponitur impedimen-  
tum matrimonio contrahendo,  
aut ipsi norunt?

*Nullo impedimento apposito factis denuntiationibus ad ma-*  
*trimoniū procedendum est.*

2. Apposito impedimento debet Parochus contrahentibus matrimonium interdicere.
3. Si Parochus nouit impedimentum extra confessionem, & matrimonium publice petatur, negare tenetur. *Item ad Ordinariū deferre præmissa correctione fraterna.*

4. Soluitur quadam obiectio.
5. Si in confessione tantum nouit impedimentum, non potest matrimonium contrahentibus denegare.
6. Delato impedimento ad Ordinariū ipsi incumbit veritatem inuestigare.
7. Si Ordinario constat de impedimento non ex alterius ratione, sed ex propria notitia, nequit contrahentes à matrimonio renoveri.

1. **C**onstat si nullum apponatur impedimentum factis de denuntiatione teneri Parochum ex proprio officio contrahentes in matrimonium jungere iuxta Trident. leg. 24. cap. 1. ibi: *Quibus denuntiationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur.* In facie Ecclesiæ id est coram Parochio, & testibus, Ecclesia enim dicitur congregatio fidelium: *Cap. Ecclesiæ de consecrat. disp. 1. & cap. velatum d. 2. de testament. vers. nomine ante Ecclesiæ.* Quocirca non esse cœfice, vt in Ecclesiæ materiali vel limine, aut camero celebretur, vt bene Nauar. adiutuit, cap. 22. num. 7. initio. *Sanch. disp. 1. num. 20.* *Gutieri. cap. 60. num. 1.* Matrimonio celebrando debet Parochus scribere nomina contrahentium, & testium, locum, & tempus contrahendi matrimonii in libro ad hunc finem deputato secundum formam a Trident. Prescripsam: & licet Trident. non utrue verbis adeo rigidis, sed foliū dixerit, habeat Parochus librum. &c. ex fine tamen quem intendit scilicet vt Ecclesiæ confiter de matrimonio, & lites que suborbi solent intentur, colligitur sub mortali obligare voluisse ad hanc diligenciam præstandam, vt bene docuit Henriq. lib. 11. cap. 7. numero 4. *Sanch. lib. 3. de matrim. disp. 1. num. 21.* *Gutieri. cap. 60. num. 9.* *Basil. Ponce, lib. 5. cap. 36. num. 8.*

2. Verum si facta denuntiatione impedimentum apponatur coram Parochio sive ab uno ex contrahentibus, sive ab aliis scilicet obligatio est Parochus matrimonij celebrationem interdicere, non tamen potest inuestigare, an illud impedimentum de facto subit, verumque sit, sed defera res et ad Ordinariū ut ipse cognoscat, quia Parochus judiciale potest flatem non habet, quia tamen requiri cogitio impedimenti matrimonii iuxta Textum in cap. fin. de clavis de jura, iuncto Texu in cap. 1. de consanguinitate. ibi: *Non san-cti tractando per quilibet sed per Iudices qui potest habent.* Intenditio autem facta a Parochio non est judicialis, sed extra judicialis. Sic Holtien. Gregor. Lopez, Segura, & alii quos referit, & sequitur Sanch. *dicta 1. 5. num. 3.* *Gutieri. cap. 50. num. 2.*

3. Quod si Parochus folius nouit impedimentum extra confessionem, & publicè matrimonium petatur, negare tenetur, & rem ad Ordinariū defera, eius est veritatem inuestigare: si enim quilibet alias iuxta dicta §. *præcedentem* tenetur impedimentum denuntiare, ne ligari contrahant, a fortiori Parochus, cui ex officio incumbit salutis subditorum, & illorum bono consulete: præcipue cum commune sit testimonio matrimonium impeditur: debet tamen prius statere, & secreto contrahentes monere, quod si ipsi monitione non acquiescent, sibi impudent, si ex reuelatione impedimenti aliqua eis nota proueniat: vt bene adiutuit Henriq. lib. 1. de Sacram. cap. sol. num. 6. *Sanch. disp. 1. 5. num. 6.* *Gutieri. capit. 60. num. 10.* *Coninch. disp. 27. dub. 7. concl. 3. & 4. num. 6.* & 66. quidquid in contrarium dicat Basil. Ponce lib. 5. *cap. 35. num. 6.*

4. Quod si dicas occulto peccatori indigne Sacramentum petenti ministrandum est, si publicè petat, vix Christus proditor Eucharistiam creditur ministrasse, ergo Parochus impedimento occulto ligatos iungere matrimonio debet, si publicè petant, neque secreto moniti desistere velint.

Respondere cum Sanch. *dicta disp. 1. 5. num. 5.* *Gutieri. cap. 60. num. 5.* & seqq. *Coninch. disp. 27. dub. 7. n. 67.* & 68. duplicit contrahentes impediti posse à matrimonio: primò ex impedimento, quod reddit Sacramentum siveceptionem indignum, neque vterius procedit, quale folium est peccatum mortale. Secundò ex impedimento, quod præter siveceptionem indignum occasionem præstat plurimum damnum, pluraque peccata possit modum committendi, vt est quodlibet impedimentum diimensionis matrimonij, & etiam votum castitatis impediens. Si primo tantum impedimento contrahentes afficiant, & publicè petant, Parochus eorum matrimonio assistere debet, scilicet vero si secundo impedimento ligatio existat, eo quod primum impedimentum cedere tantum videatur in occulti peccatoris damnum; at secundum impedimentum in aliorum damnum cedit; & plurimum peccatorum occasio existit, cum tamen primum impedimentum unico peccato commissio absoratur.

3. Dux extra confessionem, si enim in confessione tantum Parochus impedimentum vocavit, et plures Doctores, quorum meminit Sanch. dicta disp. 1. à num. 6. & seqq. Gutierrez. cap. 60. à num. 10. cense posse, immo teneri denegare contrahere voluntibus assistentiam, si abique traditione sigilli id facere possum. Verius tamen est non posse; quia nequit Confessio nisi notitia in confessione accepta ad exteriore actus, ex quibus confessio onerata penitenti reddi potest, iuxta ea que latius diximus tract. de pone. disput. de oportunitate sigilli, & tradit. Sanc. tom. 4. lib. 3. pars. disput. 13. sect. 7. num. 10. Sanch. disp. 16. num. 14. Gutierrez. cap. 60. de mar. num. 11. Coninch. disp. 27. dub. 7. num. 70. An autem presentem monere tenetur, vel postea ibidem disputamus, ubi conclusimus ex communis sententia debere prius petere a presenti licentiam, ut cum de auditis in confessione moneat: si ut inquit Coninch. disp. 27. dub. 7. cond. vols. 7. 10. creditur monitio profutura. Et presentis non agere laetus sibi veniam peri, probable tamen esse hanc obligatiorem petendi licentiam non habere, sed omnino se getre posse, ac si in eius notitiā nihil deueniret, vi praeferi ibi citatos approbat Gutierrez. d.c. 60. in fine.

6. De latra re ad Ordinariū ipse ex officio tenet veritatem dicere, & impedimentum appositum inuestigare, cui si dicatur impedimentum sublatum esse per dispensationem, vide debet, si dispensatio lata fuerit pro solo conscientia foro, an etiam pro foro externo? Si dispensatio lata est pro solo conscientia foro nullius est effectus, possit illos coniungere; quia pro impedimento ad forum contentiosum delato non prodest praedicta dispensatio quia non operatur ultra intentionem concedentis, iuxta leg. non omnis ff. si certum petatur. Quod adeo verum est, vt etiam si post contractum matrimonium apposuit impedimentum dirimens, cuius dispensatio solam pro foro conscientia obtenta est, separare Ordinarius debet coniugem, vt celibet vitam degueat, quoque pro foro externo dispensatio obtineatur, vt bene aduerterit Sanch. disp. 16. num. 15. Gutierrez. cap. 60. Coninch. disp. 27. dub. num. 64. Quod si contrahentes falsis testibus probauerit impedimentum sibi appositum nullum esse, poterit Index eos matrimonio iungere, tamen si falsitatem agnoscat, quia ex casu publicis fori extermi sublata est, sicuti aduerterit Basil. Ponce, lib. 3. de matrim. cap. 3. lib. 2.

7. His addendum est, si Ordinario constaret de impedimento non ex alterius relatione, sed ex propria notitia obli- gatum esse coniungere contrahentes; tamen si ignoraret dispensationem obtentam esse: quia nequit simul esse testis, & latus: ac proinde eius scientia nullius est efficacia, vt possit matrimonium impeditre. Et constat in irregulari perente publice Ordines, quem Episcopus non viderit repellere posse ex irregularitate sibi tantum nota, iuxta Textum in cap. ex tempore ordinandor. & ibi Glossa. Et tradit in prae- fectio Sanch. disp. 1. num. 14. Gutierrez. cap. 60. num. 5. Coninch. disp. 2. dub. 7. num. 59. & 67. Ex quo inferendum est, si Ordinarius praecipiat Parochio scienti impedimento apposito se purgauit, obligatum esse obedire, quia carcer iure repellendi, to quod scientia impedimenti nullius sit efficacitatis.

## §. VIII.

De presentia Parochi, & testium pro matrimonio contrahendo à Concilio requisita.

- Proponitur decretum Concilii.
- Nullum est matrimonium, etiam si publice, & coram omni populo contrahatur, si Parochus absit.
- Contrahentes in illa Parochia, in qua Concilium publicatum est, nec eius decretum receptum, valide absque parocho & testibus conservantur.
- Procedit ei contraheentes in locorum ubi Concilium receptum sit.
- Incola locorum, in quibus Concilium publicatum non est, si diuerterat ad locum in quo est publicatum contrahere de- bens coram Parocho, & testibus.
- Infideles non arctantur hac lege Concilij.
- Fideles etiam ignorantibus lege Concilij astringuntur.
- Item qui commorantur in pagis, ubi nullus est Pastor, aut vicem eius obtinet, quidquid alij contrarium sentiant.
- Obvrgentem necessitatem omitti non potest obseruari praedi- ci decreti.
- Matrimonium quod in facie Ecclesie celebratum est, & fuit nullum occultum impedimentum, revalidari poterit absque Parocho, & testibus.
- Qualiter Parochus, & testes presentes esse debeant?
- Qa verba Parochus assistens matrimonio proferre debeat?

**H**ocque actum est de denunciationibus matrimonio praeviis, nunc agendum de folementate à Concilio praescripta. Concilium namque Trident. sess. 2. 4. cap. 1. de rebus matrimoniorum statuitne deinceps matrimonium contra- Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

batur, quin Parochus, & duo vel tres testes assistant sub decreto irritante contractum, & inhabitante personas ad alterum contrahendum, subdit tamen praedictum decreum vim esse habiturum post triginta dies a die primae publicationis in qualibet Parochia.

2. Hinc fit nullum esse matrimonium, tametsi publice, & coram omni populo contrahatur, si Parochus absit, quia deficiuntur folementa requirita à Concilio, ut bene ex communis sententia aduentur Nauari. cap. 2. 5. num. 14. Henric. lib. 11. cap. 3. num. 5. Sanch. disp. 17. num. 7. Gutierrez. de patrим. cap. 6. 1. num. 8.

3. Secundum fit, contrahentes matrimonium in illa Parochia, in qua Concilium publicatum non est, vel eius decretum non est receptum, aut si receptum fuit, est tamen confutidine abrogatum validè contrahente abique Parocho, & testium presentia, quia Concilium exigit publicationem decreti in qualibet Parochia, ut vires habeat, & robur obvinciat si autem post publicationem receptum non sit, vel confutidine abrogatum, censendum est ac si publicatum non esset, ex Textu in c. 1. de regula, & pace. Et constat ex dictis tract. 3. de leg. disp. 1. Et in praesenti tradit Sanch. lib. 3. disp. 18. num. 1. Gutierrez. cap. 61. in fine num. 12. Coninch. disp. 27. dub. 1. num. 10.

4. Neque his obest, quod sic contrahentes incole sint locorum, ubi Concilii decretum receptum est, animoque contrahendi in ea loca diuerterat, quia hoc decretum non personas vicinique afficit, sed contrahentes in locis, ubi Concilium publicatum est, neque centendi sunt in hoc contrahendo fraudem vilam committere, cum nulla lege prohibeatur illis in locis contrahentes sine proprio viuantur. Si tamen omnino clandestine contrahant peccabunt sicuti peccant incole illorum locorum clandestine contrahentes, sic firmare ex communis sententia Sanch. Gutierrez. & Coninch. supra. Et Reb. lib. 2. quesit. 7. sect. 3. Galpar Hurtado disp. 5. de matr. diff. 4. num. 15.

5. Econtraria vero incole locorum, in quibus Concilium publicatum, non est, si ad loco ubi est praedictum decretum publicatum, & receptum diuerterat animo matrimonii contrahendi, teneat abisque dubio contrahere Parocho, & testibus presentibus alias invalidem contrahent: tunc quia secundum probabilitatem sententiam peregrini teneat legibus qua transirent, ut diximus tract. 3. de leg. disp. 1. punct. 2. 4. §. 3. Tunc quia elto non teneat legibus bonum subditorum speciale, peccantibus, ac teneat legibus bonum commune resipicentibus, & queque non tam personas, quam eorum actiones sufficiunt. Ob quam doctrinam feret ab omnibus receptum est in materia contractuum quemlibet obligatum esse contrahere iuxta contractum, & legem illo in loco receperat, quia ratione contractus fortuit forum, iuxta Textum in c. 1. de foro compescit. Et leg. si fundus. 6. ff. de eni- tio. 6. Et tradit Sanch. de disp. 18. Coninch. dub. 1. in fine. Basil. Ponce, dicto lib. 3. cap. 7. §. 1. num. 6. & seqq.

6. Superest dicendum. Au sunt aliqui casus à praedicta doctrina excepti: Et nemini est dubium de infidelium matrimonio, tamen si Ecclesie sunt temporaliter subiecti, quia legibus Ecclesiasticis, quas hæc est, non alligantur.

7. De fidelibus vero commorantibus in locis, ubi Trident. publicatum est aliquis casus Doctores excipiunt. Primo excipiunt aliqui, quos tacito nomine refert Coninch. disp. 27. dub. 1. num. 11. Ignorantes praedictam legem, nam sicut liberantur a culpa, & a pena irrationis liberari debent. Sed rectius contrarium censet ipse Aegid. de Coninch ibi, & pluribus relatis Sanch. lib. 3. disp. 17. num. 10. Gutierrez. cap. 61. à num. 10. Basil. Ponce, lib. 5. cap. 6. in fine num. 18. quia irritatio actus non in poena contrahentium clandestine imponitur, sed in odium talis contractus, ut inconveniens inde ortu teneatur: ac proinde sive ignoranter, sive scienter matrimonium clandestine contrahatur, nullius est valoris. Argum. Textus in cap. 1. de concess. præbenda in 6. ibi, sive ignorauerit, sive non, non valebat.

8. Secundum excipiuntur contrahentes, ubi nullus pastor, aut vicem eius obtinetur haberi, aut in proximis locis adiri potest, ob declarationem Clement. V. III. restit. Coninch. dicta disp. 27. dub. 1. num. 12. Quem approbat videtur Galpar Hurtado, disp. 5. de matr. difficult. 3. num. 10. dicens hanc declarationem dispensationem fulle. Sed Contrarium censetur omnino dicendum cum reliquis Doctoribus. Tunc quia non constat authenticè praedicta declaratione, vel dispensatione, Tunc quia elto constaret, debebat publicari publicatione legis, ac legem vniuersaliter latam restringere, ut ex communis firmauimus Tract. de legib. disp. 1. punct. 10. num. 5.

9. Tertiò excipiuntur casus urgentis necessitatis, videlicet quando in mortis articulo, vel extra maximè expedit matrimonium contrahi, neque adhuc Parochus qui assisterat: quia non est credendum Ponitiscem voluisse hunc casum sua lege comprehendere: sic tenet tanquam probabile Veracruz in append. ad speculum coniug. dub. 5. foli. 2. ad obiectiōem postam post 7. conclus. Vega lib. 3. sum. casu 361. Capua lib. 2. decisi. 8.